

Pontifices Romani à pietate veterū degeneraverē, fatente Bellarmi. B. Chrono-  
nō. Gregorius Papa supparasitus fuerat Phocæ paricidæ. Boni. log. p. 93. G.  
facius III. titulum capitis Ecclesiæ Universalis sibi arrogaverat, id l. II. ep. 36.  
quod ejus prædecessores in patriarcha Constantinopolitano, sub & 48.  
nota præcursoris Antichristi, damnaverant. Reliqui successo-  
rum, apostatici magis quām Apostolici, apotacticī, flagitiosi, Anti-  
christiani, à Cæsare Baronio, Gilberto Genebrardo & Scriptoribus B. Annalib.  
de vītis Pontificum salutantur, quibus fidem meritò accommo-  
damus. Hinc superstitione & ἀντονομία vires subinde hause-  
runt, usquedum ad ἀκριβὲ peruentum sub auspiciis Gregor I  
VII. Hildebrandi, qui non contentus suprematu in Ecclesiasti-  
cis, Reges, Imperatores sibi suæque sedi subjugavit. cuius vesti-  
gia fideliter legerunt quotquot fuere successorum. quamvis  
alius aliō subinde fuerit nequior, exemplō Bonifacij LIX. vi-  
denda omnino Historia Papatus du plessis Moray. p. 250. seqq.

§. 35. Succedit: וַיִּשְׁתַּעֲרֵעַ עָלָיו מֶלֶךְ הַצְפֹּן: Et irruet in 118, seqq.  
eum ceu turbo Rex Aquilonis. ita Galli: comme une tempeste: Ita-  
lica: a gvisa diturbo. ΕμΦατικωτέρως, B. Lutherus, streuben.  
Belgæ: sal thegen hem aenstormen. Amama: op hem aenlo-  
pen, ofte, sal hem als een stoormwindt overcomen:  
ברְכָב וּבְפְרִשִּׁים וּבְאֲנִיּוֹת רַבּוֹת וּבָא בְּאָרְצֹת וּשְׂطָף וּעֶבֶר:  
cum curribus, equitibus ac navibus multis. ubi in terras penetra-  
rit, eas inundabit. Belgæ: ende hy false overstroomen. Amama:  
overswemmen, als met een water-vloedt weckspoelen. ac liberè va-  
gabitur. Si per Regem Aquilonis Turcum hic intellexerimus  
cum Brigthmanno, à veritate historica nihil aberrabimus.  
Cum enim Daniel visionem hanc prope flumen חַרְקָה ha-  
buerit, quod Orientem versus trans Babylonem præterfluens, ra-  
pidissimo cursu Euphrati tandem junctum in sinum Persicum  
se exonerat; Et verò Italiaterræ Babylonicae ad occasum, Turco-  
mannia ad Septentrionem sitæ sint: Pontificem Romanum per  
Regem Aquilonis commodè & salvâ veritate Geographicâ intel-  
ligi posse, valdè dubitamus. Sed Turcæ circiter A.C. 1300. à Se-  
ptentrione ac plaga Scythica impetum in regna & ditiones Aga-  
renorum, Regis cornupetæ facientes, curribus falcatis, equita-  
tu lectissimo, triremibus ac classe naval i viaticati, non tantum

D ple-